



2b. 15



45.
53

RECTOR
ACADEMIÆ FRANCO-
FURTANÆ
M. JOANNES
SCHOSSERUS
Rhetorices Professor P. & Collegii
Philosophici Senior,

ad
NATALITIA
Salvatoris nostri devote
concelebranda,

⁊
*Animi gratitudinem erga venerandum
ministerium declarandam.*
Reipubl. litterariæ cives pera-
manter invitatur,

ad VIII. Kalendas Januar.

Anno extremo

∞ . DC. XXIII.

Litteris

Hartmannianis.

M. JOHANNES

Philosophus

INSTITUTIONES
ARITHMETICAE

liber primus

Summa arithmetica
et aliarum mathematicarum

Reipubl. litterarum civis Bern-

manerit

an VIII. Kalendas Januarias

Anno salutis

MDCCLXXIII

Liberis

Hartmannus





Vod FORTUNATIM jubeat Deus esse,
reluxit

Nox iterum nobis (quid enim nisi no-
ctis imago

Perpetua creper & sunt ista crepuscula lucis?)
Nox qua nec superis unquam nec latior imis,
Nec magis amœna fuit mundo: nox luce diei
Clarior omnimoda: vel Solis hebescit ad illam
Noctiferiq; jubar, cuncti nox luminis auctor,
Qua sine nocte sunt nigra formidine soles,
Limigenaq; homines caligant noctis in umbra,
Ac æterna manet nox omnes. Illa Salutis
Nox est largitrix, pedibusq; lucerna, vaganti
Lychnuchus, lippo collyrion, unguen ocellis.
Nox qua Luna soror stupuit pulcerrima Phœbi,
Noctivagæq; faces steterunt, mirabile quando
His visum, non luce sua decesse tenebras:
Orbem Sol obiens alium, vix credere novit
Ipse sibi, tantum prospectans luminis instar.
Ante alias longè nox optatissima noctes
Et quascunq; dies: tenebrarum conda, dierum
Proma, bonis opulens æternis, prospera nobis
Pura novâ quotquot vestivit Gratia luce.

Nox

Nox qua communes aeternus venit in auras
Conditor aurarum: solio descendit Olympi
Majestas VERBI, quod virgo puerpera mundo
Edidit, & virgo mansit, nata ipsa parentis,
Atq; parens nati. Dirigit qui tempora mundi,
Et genetrice sua prior, & prior omnibus annis,
Temporis ille vices subiens genetricis in artus
Defluit, ac annis succedit: subditur aëvo
Ævi principium. De ligno, nascitur arbor
Vita, mortali; de arenti palmitis vitis;
Ex vivoq; suo largifluus exoritur fons.
Quem non ulla capit sedes, non cingulus orbis,
Non qua sub cælo, non quod capit omnia cælum:
Virginei capiunt illum jejunia ventris,
Filius unde Dei Patris unus & unicus almi
Fit proles hominis, carnisq; amicitur amictus:
Quod toties petiere patres, petiere nepotes,
Nec videre patres tamen aut videre nepotes.
O miranda Dei semper commercia nati!
O miranda Dei nunquam commercia nati!
Vos age quod donum, Christo jurata Iuventus
Et nobis? ecqua Puerocimelia nato
Reddetis? laudum que carmina sacra decebunt
Nobis,

Nobis, quos propter tanta haec miracula fiunt?
Est hoc grande nefas, orciua & morte piandum
Hanc mortis lucem mentis sine luce videre,
Et non latitiam monimen sustollere plausum.
Indigetes caeli vident haud ut distinet ether:
Utque vicem gaudent nostram? quae juba cantusque
Erumpunt? vident ut sidus famulatur Olympi
Sideris auctori, & pago stellisque dicat
Lucem ad inocciduum ducit praemessa cohortis?
Ut jubet in censum deferri nomina Caesar
Augustus, cogitque omnes, quot in orbe Latino
Et Syria Romanam aquilam Martemve Quiritum
Expertis, mundo natus patefiat ut omni?
Nec tamen Augustus, nec stella, nec incola caeli
Commoda, solus homo fert commodacarus Iovae,
Exim sola legit fructus gens lecta Iohovae.
Ante decem Soles haec ut celebranda fuit nox,
Quod sic anniculi voluit Romanicus olim
Aevr castrator, vicinis: Martia Enyo
Hanc praelatitiam veniens, sat ut esset amara
Nox crucis effecit. Furiarum quarta, flagellum
Orbis Christicola, trux sanguinis belluo, temtrix:
Gens superum, cuncta virtutis nescia, mundi
Pradatrix, nato IESU fideique resistens

Infan-

Infantem mundo, ne nox hac luceat unquam,
Audet furari, cultuq; offundere fucum
Sollemni, ex jusso qui vis quem debet I E S U.
Hos carnem Christi caligis mutare Iosephi
Non pudet, & Pueri quos nescio jungere asellos.

O nos felices patria cum Principe! talem
Hac quis defendit mortem tenus, atq; tyranni
Iram, lunati Scythica feritate Latronis
Majorem, Christus NOBIS datus unicus unis,
Et plenis cessamus adhuc stillantia labris
Carmina ferre Deo? quin nostra commoda pacis
Dicamus, quin tanta Dei benefacta canendo,
Angelica, si non nostrati, voce loquamur:

GLORIA IN EXCELSIS Domino
stellantis Olympi

Sedibus, haud unquam Deus est excelsior, aura
Celsior haud laudis divina: gloria tanta,
Ipse Deus quantus: qui excelsa sternit & ima
Surgit, ut immanis lacubus sit fumus Averni
Gloria in infernis, & mundi gloria funus.
Sola Dei & cuncta est excelsi gloria nostri.
Gloria in excelsis V E R A C I, ab origine miram
Certus promisit subolem, misitq; profato

Tempore

Tempore vaticinis: facere est huic dicere soli
Gloria in excelsis **IN** **S** **T** **O**, cui certa fuit mens
Non carni humana **G** **n** **a** **t** **i** **n** **i** **s** **i** **c** **a** **r** **n** **e** **s** **e** **q** **u** **e** **s** **t** **r** **a**
Placari: victo, fixum cui sedit, Adamo
Viribus **A** **d** **a** **m** **i** **S** **a** **t** **a** **n** **a** **m** **v** **i** **c** **i** **s** **s** **e** **c** **u** **n** **d** **i**.
Gloria in excelsis **S** **A** **P** **I** **E** **N** **T** **I**: nascitur infans
A **e** **t** **e** **r** **n** **u** **m** **V** **e** **r** **b** **u** **m**; dives fit egenus; amictus
Omnia qui vestit, nudus jacet; ubera sugit
Ac alitur lactis succo, qui alimenta ministrat
Omnibus, ut nobis deperdita jura redonet.
Gloria in excelsis **D** **o** **m** **i** **n** **o**. **P** **A** **X** aurea **T** **E** **R** **R** **A**
Cum caelo, pax cumq; Deo, pax intima nobis
Nobiscum, Furias inter, tormenta, cruceſq;
Sit furor Herodis, plenis adfrangere parvos
Uberibus, primos ferroq; exire per annos:
Sevitia monumenta sua faciendo Tyranni
Evertant urbes, rapiant urantq; penates,
Et gladio fodient nos nostraq; pignora; regnis
Damnatos jubeant patriis excedere. **I** **O** **V** **A**
Res tamen hic agitur, paries cum Christocolum ar-
det:
Non erit irrita Pax: Iova bona caussa triumphat.
V **E** **L** **L** **E** **D** **E** **I** nostrum sit velle: at nolle tyrannis
Velle

Velle DE I est. nos laeta trahant, nos asperat undant,
Nostrum velle DE I sit velle. Huic gloria velle est:
Nostra huic pax velle est: nostra hujus velle volu-
ptas,

Omnia sunt in quo, per quem omnia, quo omnia ab
uno.

Hoc primum. Nato mox reddere basia IESU
Appropera. Verum pedibus vestigia queri
Non opera est: dederis tunc basia, quando ministrū,
Gloria cui lova pax nostraq, maxima cura est
Iuveris, hoc fidei documentum fassus honore.
Non bene velle tibi satis est, fecisse benigne,
Iussa volunt lova, Pueri Pueriq, ministro.

M. P. F.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700

Von 7

MC







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

OR
FRANCO-
NÆ
NNES

ERUS
or P. & Collegii
Senior,

LITIA
ostri devote
anda

erga venerandum
larandam
riæ cives pera-

ivitat
ndas Januar.
tremo
XXIII.

eris
nnianis.

45.
53